Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IERE

ut mercenderent filios suos et filias
suas isti que non precepi nec co
gitauit in corde meo. Ideo. Ecce di
es uenient dicit dominus et non
dicetur amplius tophet et uallis
filii ennon sed uallis interfecto
ris. Et sepelient in tophet eo quod
non sit locus. erit morticinum pli
eius in cibos uolucribus celi et bes
tiis terre. Et non erit qui abigat et
quiescere faciam de urbibus iuda
et de plateis hierlim uocem gaudii et
uocem letitie uocem sponsi et uocem
sponse. In desolatione enim erit ter
ra. Tempore illo VIII
ait dominus eicient ossa regis et os
sa principum eius et ossa sacerdotum
et ossa prophetarum et ossa eorum qui hi
tauerunt hierlim de sepulchris suis
Et expandent ea ad solem et lunam
et omnem militiam celi que dilexe
runt et quibus seruierunt et post
quam ambulauerunt et que quesierunt
et adorauerunt non colligentur nec
sepelientur in stercoris super
faciem terre erunt. Et elegent ma
gis mortem qm̃ uitam omnes qui
residui fuerunt de cognatione hac
pessima in universis locis que de
iecta sunt ad que eieci eos. dicit do
minus exercituum. Et dices ad eos
hec dicit dominus exercituum. Num
quid qui cadit non resurget qui
auertit non reuertetur. Ne
re ergo auertit populus iste hie
rusalem auersione contentiosa.
apprehenderunt mendacium et nolu
erunt reuerti. Attendi et ausculta
ui. nemo quod bonum est loquitur
nullus est qui agat pniam super
peccato suo dicens. quid feci. Omnis
conuersus sunt ad cursum suum qsi
equus in impetu uadens in prelio.
Milius in celo cognouit tempus
suum. turtur et hirundo et ciconia
custodierunt tempus aduentus su
Populus autem meus non cognouit
iudicium dei. Quomodo uos dicitis
sapientes nos sumus et lex domini
nobiscum est. Vere mendacium o
peratus est stilus mendax scribarum
Confusi sunt sapientes pterriti et
capti sunt. Verbum eiusdem domini pro
iecerunt et sapientia nulla est in eis
Propterea dabo mulieres eorum ex
teris. Agros eorum heredibus erita
neis. quia a minimo usque ad maximum
omnes auaritiam sectantur. A pphe
usque ad sacerdotem cuncti faciunt
mendacium. Et sanabant contrita
onem filie pli mei ad ignominiam
dicentes. Pax pax cum non esset pax
Confusi sunt quia abhominationem
fecerunt. quinimo confusione non sunt
confusi et erubescere nescierunt. Id
circo cadent inter corruentes. In tem
pore uisitationis mee. corruent
dicit dominus. Congregans con
gregabo eos dicit dominus. Non est uua
in uitibus et non est ficus in ficulne
folium defluxit et dedi eis que pre
gresse sunt. Quare sedemus conue
nite et ingrediamur ciuitatem mu
nitam et silebimus ibi. quia dominus
noster silere nos fecit et potum dedit
nobis aquam fellis. Peccauimus